



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Notitia Congregationum Et Tribunalium Curiæ Romanæ**

**Plettenberg, Hunold**

**Hildesii, 1693**

Cap. XXVII. De Congregatione Indulgentiis, & sacris reliquiis præposita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63032](#)

eas Regiones disperguntur , in quibus  
usu esse possint. *Const. Greg. XV. De Luce*  
*Rel. Rom. Cur. Disc. 23. Lunad.*

## C A P U T    X X V I I .

### De Congregatione Indulgen- tiis & sacris Reliquiis præ- posita.

1. *Erexit banc Clemens X. eique facultates  
concessit.*
2. *Potest abusus corrigere &c.*

I.

**E**Rexit Clemens IX. Anno 1669. edi-  
ta Constitutione 36. In ip[s]is Congre-  
gationem Cardinalium quorundam ac  
Prælatorum aliorumque virorum Reli-  
gione, pietate, doctrina & rerum usu  
eximiè præditorum, quæ sacri Indulgen-  
tiarum thesauri curæ, & dispensationi,  
sacrarumque reliquiarum recognitioni,  
disquisitioni, ac rectæ dispositioni pecu-  
lariter incumberet, cum facultate o-  
mnem difficultatem, ac dubia circa  
Sanctorum reliquias, aut Indulgentias  
emer-

738 *De Cong. Indulg. præposita.*

emergentia, quæ ad Fidei dogma non pertineant ( Romano Pontifice tamen circa graviora, difficilioraque Consulto) expediendi.

2. Si vero abusus aliqui circa Indulgencias aut Reliquias irrepserint, illos, judicii formâ plane postposita, corrigiendi, & emendandi; causas vero judicialem formam requirentes ad proprios Judices remittendi: Falsas, Apocryphas, indiscretasq; Indulgencias typis imprimi vetandi, impressas recognoscendi, & examinandi, ac ubi Romano Pontifici retulerit, illius auctoritate rei ciendi; Reliquias de novo inventas recognoscendi & examinandi; ac in concedendis Indulgentiis, Sanctorumque reliquiis donandis moderationem adhiberi, omniaque, piè, sanctè, & incorrupte fieri curandi potestatem ab eodem Pontifice accepit.

CAPUT XXVIII.

De Congregatione Visitacionis Apostolicæ.

1. Clemens VIII. indixit visitationem Ecclesiæ per se in Urbe instituendam.

2. Item